

I.
Præcellenti Dn. Michaëli Blumio, U. J. C.
Amico meo dilectissimo.

Argentina Tibi concessit nostra cathedram,
Mi Blumi, nuper, suntq; probata Tua
Cum nostro studia applausu solenniter, & jam
Pulchra putabatur danda tiara Tibi.
Sed Tibi non placuit: placuit properare Tubingam;
Quod quondam Patruo culta Tubinga Tuo est.
Nec modo nomen ibi scribiq; legiq; volebas:
Ex studiis notum nomen habere cupis.
Atq; hinc conscensa, solenni more, cathedra
Mox de jure Tuo differuisse juvat.
En! absens animo præsentis gratulor: atq;
Ex Te porro Patri gaudia multa precor.

gratulab. f. Argentinae
Sebastianus **Schmidt** / SS. Th. D. & P. P.

II.
DN. MICHAELI BLUMIO,
Amico suo plurimum colendo
S. P. D.

Joh. Henricus Bœclerus.

ERgo Tuas TUBINGA tenet clarissima Musas,
Pignoraque ingentis suspicit ingenii?
Hoc BUCHNERUS avet nimium cognoscere Noster.
Hoc cum BUCHNERO gratulor ipse Tibi.
Quod superest, quo nunc sub Præsidente pulpita scandis,
Hinc verbis optes omnia salva meis.

scr. honoris ergo Argentorati.

Nota